

vendere et alienare aut in se iusto precio retinere possit sua propria auctoritate sine denunciatione, Iudicis licentia et Iuris aliqua solemitate Non obstantibus ad predicta omnia et singula effectualiter facienda aliquibus feriis statutis ordinamentis terminis eridatis et eridandis et reformationibus consiliorum civitatis Vincentie et civitatum predictarum castrorum et locorum, consuetudinibus privilegiis Interdictis Immunitatibus rescriptis et Iuribus ac beneficiis quibuscumque presentibus et futuris quibus seu causa vel opere quorum possent se tueri aut contrafacere vel contravenire, quibus omnibus et singulis dicti depositarii pacto expresso Renunciaverunt et ipsorum omnium et singulorum auxilia et beneficia remiserunt. De quo banno exire non possint nec tenutam aliquam exigere dicti depositarii seu debitores nisi prius solverint et satisfecerint integraliter dicto deponenti de dictis deposito lucro pena damnis interesse et expensis Credendo per pactum expressum de quantitate omnium predictorum et de precio vendicionis dictae tenute soli verbo dicti francisci deponentis sine sacramento et alia probatione. Et promiserunt dicti depositarii seu debitores per pactum expressum dicto deponenti se contra predicta vel aliqua predictorum non probare unquam pactum partem finem remissionem solutionem restitutionem simulationem huins contractus nec petere exemplum huius carte petitionem libellum terminorum dilationem, neque aliquid aliud petere opponere dicere seu allegare quod eis prosit et dicto francesco deponenti noceat Nisi per publicum instrumentum scriptum manu notarii publici de voluntate dicti deponentis.

Ego bartholameus q.<sup>m</sup> Magistri Iohannis dela mota Imperiali auctoritate notarius publicus civis Vincentie predictis interfui, et rogatus ea publico scrispi.

## III.

(Archivio di Vicenza, Fondo Merzari, Mazzo CCLXI, [n. 9 dell'Inventario], pergamena n. 3).

In Christi nomine Amen. Anno eiusdem nativitatis Millesimo trecentesimo septuagesimo quarto indicione duodecima die dominice vigesimoquarto septembbris Vincentie in comuni palatio ad bancum sigilli presentibus gerardino Micaelis de Colcada lodoyco q.<sup>m</sup> domini bonibaxii de borsellis et Iohanne petro filio ser nicolai de Leonico notariis sigilli testibus ad hac. Reperi et Registravi ego guidus notarius infra-

scriptus in libro Registrorum litterarum transmissarum Nobili Viro domino alberto a lege de Verona Civitatis Vincentie et districtus honorabili potestati nec non discreto et Sapienti Viro domino Bernabe de morano de mutina legum doctori eius Iudici et Vicario pro Magnifico et excuso domino Cansegnorio dela scala Civitatis Verone Vincentie etc. Imperiali Vicario generali, infrascriptas litteras cum Suplicatione infra scripta infrascripti tenoris ex parte prefacti domini nostri transmissas per Tomaxum de pelegrinis de Verona eius factorem Nobili Viro domino Nicolao de Cavalis honorabili capitaneo Sapienti Viro domino Bernabe iudici et Vicario domini potestatis nec non discreto Viro bona venture de pincatis factori in Vincentia pro parte et in favore Mercatorum et gastaldionum fratalee Mercatorum Civitatis Vincentie.

~~Quarum quidem litterarum tenor talis est.~~ I mercari e gastaldi dela fraia traya dy Merçari de Vicençha fato daro una ~~Suplancia~~ al ~~Magnifico~~ segnoro ~~Nostro~~, l'exemplo dela quala mando a ~~Vuy~~ en la presente letera introcluso. E de comandamento del dito ~~Segnoro~~ ~~Ve~~ scrivo che se ~~y~~ prediti ~~Merçari~~ pagè l'ano passà el dacio predicto, del quale se fa mencion en la dita introclusa, che ~~Vuy~~ y faça pagaro anchomò. E se ~~Igy~~ non pagè el dicto dacio, che ~~Igy~~ non sia tegnù de ~~pagare~~ mò nè da così debié mò enanç e ~~così debia~~ fare atendro e oservaro sovra le prediche conse.

Dà en Verona di XXIII de setembre 1374. ~~Tomaso~~ di Pelegrini fatoro etc. A renibus quarum litterarum scriptum erat.

Nobili Viro Nicolao de Cavalis honorabili capitaneo Sapienti Viro domino bernabe Iudici et Vicario domini potestatis nec non discreto Viro bonaventure de pincatis factori in Vincentia.

Cūtis quidem petitionis seu supplicationis tenor talis est:

Al ~~Magnifico~~ e possente ~~Segnoro~~ meser Cansegnoro dela Scala et cetera. Notifica ala ~~Magnifica Segnoria Vostra~~ y mercarij e gastaldi dela ~~vostra cte~~ fraia di Merçarij dela ~~Vostra Cte~~ de Vicençha ch' el conduoro del dacio di pagni dela dita cte, el qual ~~Dacio~~ à començà del meso ~~presente~~, si ~~Volo~~ che ~~Zascaun~~ el qualo venda algun braço de stamegna ~~de buratelli~~ si page VI denari per ~~Zascaun~~ braço, la qual stamegna da buratelli no pagè may dacio alguno al dito conduoro nè ay scy predecessori, ma solamente à pagà el dacio dela staera.] De que ~~Ve~~ domanda gracia e misericordia i diti mercarij, qual vende e usa de vendro y diti buratelli, che piaca ala ~~Segnoria Vostra~~ di far scrivro ~~de~~ ~~Vostra~~ parto al ~~Vostro~~ capotanio, poesta e fatoro de Vicençha che no illaxo ~~constren~~ cro a pagaro al dito conduoro dacio alguno, ~~Seiando Verit~~ che da qui enanç ~~Igy~~ no habia may pagà, agò, segnoro, che igi no seio più agrevè cumo ~~Igy~~ è usà ~~désro~~, ~~E~~ che ~~Igy~~ possa cyle soe stamegne redurso sota la segnoria vostra, e pagaro i altri ~~Vostri~~ dacii e facione, ~~Sapiando~~

riga della pagina

13 13  
suplicanca 14  
magnifico  
segnoro ve

igij  
pagaro  
Tomaxo

possento segnoro  
magnifica segnoria vostra  
presento  
da

ve  
da vostra  
seiando verità  
e  
sapiando,

segnore

**Segnore**, che questo dacio no se pagè mai nè en Verona nè en Vicençā altro che ii soldi dela pēga <sup>(1)</sup>.

Et Ego Guidus q.<sup>m</sup> domini petri de gudis notarius et officialis ad bancum sigilli predictam litteram cum dicta introclusa de libro registrorum communis Vincentie extrassi et in publicam formam redigi de auctoritate domini Vicarii suprascripti qui suprascriptis omnibus suam Interposuit auctoritatem et iudiciale decretum.

## IV.

(Archivio di Vicenza, Fondo Merzari, Mazzo n. CCLXI, [n. 9 dell' Inventario], perg. n. 4).

In Christi nomine Amen. Anno eius nativitatis Millesimo Trecentissimo septuagesimo quarto Inditione duodecima Die Iovis vigesimo-octavo Septembris Vincentie in comuni palatio ad bancum sigilli presentibus Gerardino Micaelis de colçade, Iohanne q.<sup>m</sup> domini Iacobi de guarno et Iohanne petro filio ser nicole notariis testibus ad hec Et coram discreto et Sapienti Viro domino Bernabe de morano de Mutina legum doctore Vicepotestate civitatis Vincentie, Paulus q.<sup>m</sup> Petri de porta sancti felicis civitatis Vincentie testis productus per Gerardum q.<sup>m</sup> Viviani et semperbonum q.<sup>m</sup> bondominici mercarii gastaldiones fratralie mercariorum civitatis Vincentie pro informatione dicti officii et Iuris predictorum probatione Vigore quarumdam litterarum dicto domino Vicepotestati transmissarum per Tomaxium de pelegrinis ex parte Magnifici domini nostri domini Cansignorii dela scala Civitatis Verone etc. Imperialis Vicarii generalis alias iuratus dicere Veritatem remotis ira odio amore et timore precibus et precio dictum suum super capitulis infra scriptis eius sacramento testificando deponit ut infra per ordinem continetur. Super primo capitulo quod incipit, primo quod de anno domini etc., Interrogatus quid scit Respondit quod de anno domini Millesimo CCCLXXIII<sup>o</sup> de mense Septembris eiusdem Millesimi Bonaconta de mondino fuit conductor datii pannorum civitatis Vincentie . . . . Interrogatus quomodo et qualiter scit predicta Respondit quia predictis presens fuit et predicta vidit et audivit et vidi ipsum bonacontam accipere et levare bachelatam pro dicto dacio et dicere dictum dacum panni

(1) A nessuno certo può sfuggire l'importanza di questi due documenti caratteristici ed interessanti, stesi nel dialetto del tempo.

est meum, et audivit officiale deputatum ad affitandum dictum dacum digere dictum dacum est tuum, et idem ipsum dicto bonaconta dare et promittere. Interrogatus ubi fuerunt predicta Respondit quod predicta fuerunt in Civitate Vincentie in curtivo palacii dicte Civitatis.

Super secundo capitulo..... Interrogatus quid scit Respondit quod de dicto millesimo CCCLXXIII<sup>o</sup> de mense septembris usque quo duravit dacum pannorum de quo Millesimo dictus bonaconta erat et fuit conductor pro dicto anno, Mercarii civitatis Vincentie numquam solverunt aliquod dacum pro stamegnis a buratellis videlicet sex denarios pro quolibet brachio dictarum stamegnarum per ipsos Mercarios venditarum dicto bonaconta conductori nec alicui suo officiali. Interrogatus quando et qualiter scit predicta Respondit quia ipse testis fuit et erat massarius pro dicto bonaconta de dicto millesimo usque quo duravit dictum dacum ad ipsum datum . . . . .

Die martis tercio octubris predictis loco et presentibus et coram antedicto domino vicepotestate Vincentie Bonaconta q.<sup>m</sup> ser mondini notarius testis productus per suprascriptos gerardum et Semperbonum gastaldiones fratalee Mercariorum Civitatis Vincentie Iuratus et examinatus ut supra dictum est super capitulis infrascriptis testificando deponit ut infra per ordinem continetur.

Super primo capitulo quod incipit, primo quod de Anno domini etc., Interrogatus quid scit Respondit quod de Anno domini millesimo CCCLXXIII<sup>o</sup> de mense septembris eiusdem millesimi ipse testis conductor fuit datii pannorum Civitatis Vincentie qui annus incepit die primo dicti mensis dicti millesimi et finit die ultimo mensis Augusti de MCCCLXXIII<sup>o</sup>. Interrogatus quando et qualiter scit predicta Respondit quia ipse testis levavit bachelatam dicti dacii pannorum et dixit dictum dacum est meum et ipsam rancuravit et rancurari fecit pro dicto tempore prout faciunt et facere sunt consueti alii conductores et daciarii habentes dictum dacum et conductiones civitatis Vincenzie et officialis deputatus ad affitandum et incantandum dictum dacum ipsum ipsi bonaconta testi dedit et translavit et dixit est tuum modo consueto.

Super secundo capitulo quod incipit; Item quod de dicto millesimo etcetera Interrogatus quid scit Respondit quod de dicto millesimo CCCLXXIII<sup>o</sup> de mense septembris usque quo duravit dacum pannorum de quo millesimo ipse bonaconta testis erat et fuit conductor pro dicto anno. Mercarii Civitatis Vincentie numquam solverunt aliquod dacum pro stamegnis a buratellis, videlicet sex denarios pro quilibet brachio dictarum stamegnarum per ipsos venditarum ipsi testi conductori nec alicui suo officiali. Interrogatus quando et qualiter scit predicta Re-